



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

§. 2. Tartariæ Moschouiticæ populi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

LOP-  
PIA } Ad Oceanum Borealem: populi huius regionis in syl-  
Lopski. } uis, & campestribus degunt, feritate singulari; peri-  
tiffimi sagittarij quâ in parte volunt feram vulnerant.  
Excipiunt perhumaniter mercatores. Apud illos mon-  
tes igniuomi in quibus Salamandræ viuunt, vt vulgò  
circumfertur.

§. 2. *Tartaria Moschouitica populi.*

TIN-  
GOESI } Detefti sunt à Moschis in Siberiâ degentibus: mo-  
Tingoeses. } ribus humaniffimis, collo crasso vnde crumpunt vo-  
ces quasi gallinarum Indicarum. Fluius hic instar  
Nili agros oblimat.

SA-  
MOIE-  
DÆ } Populi olim Anthropophagi, & aliorum populorum  
Samo- } societatem refugientes, nunc viuunt cum Moschis,  
gedz. } & eorum Duci tributum perfoluunt, pelles duas Zi-  
bellinas in singula capita. Hic quoque capitur bellua  
terribilis dentibus ascendens ad Promontoria, & in  
campis omnia vastans.

NA-  
GAI A } Variis nominibus appellari video; dicuntur enim in  
le Na- } historiis, & relationibus *Nogay*, & *Nohay*, & *Nocay*,  
gais, ou } immo & nisi error itrepserit *Occasi*, & eorum regio-  
Naiaski. } nem alluit  
Rhymnus Fl. vulgò *Iaych*, ex Siberiâ profluens.  
Scharaitka: *Scaraitzk*, primaria vrbs eorum dicitur  
vbi Chamus refidet, qui tribus eorum hordis impe-  
rat, & cum opus est 20. Equitum millia conscri-  
bit.

§. 3. *Tartaria Moschouitica Regna.*

REGNUM } CASANVM: *Cazan*, sic dictum quasi *olla feruens*,  
CAZA- } olim suum Regem habuit potentiffimum, sed à  
NENSE } Basilio Duce expulsis Regibus in ditionem Ruf-  
ficam transit, & firmius huic hæsit expulsis, ex-  
inde Tartaris, per filium Ioannem. Sita est ad  
Fl. Volgam & Cazanum, vnde vrbi nomen.